

B.K.
118,
23.

B.J.M.
IIo
39

Q. B. F. Q. E.

HEROINAS TOGATAS

S.

MULIERES ERVDITIONE CLARAS

JUVENES QVIDAM SPEI INDOLISQUE OPTIMAE
ORATIONIBUS PUBLICIS

IN

SUPREMO GYMNASII BUDISSINENSIS AUDITORIO
PRID. KAL. JUL.

A. O. R. ob 15ccxvii.

HORA ANTE MERIDIEM IX. HABENDIS

A QVORUNDAM OBTRECTATIONIBUS VIN-
DICARE CONABUNTUR,

AD QVOS BENIVOLE AUDIENDOS

MAGNIFICOS GYMNASII NOSTRI NU-
TRITIOS, MUSARUM PATRONOS, CETEROSQUE O-
MNES QVOT QVOT LITERARUM DELICIIS
CAPIUNTUR
OBSEQVENTISSIMA HAC INVITATIONE
COMPELLAT
HANCQUE SIMUL

DE

RIDICULIS QUORUNDAM ERRORI-
BUS GEOGRAPHICIS

TABELLAM PRAEMITTIT

M. Georg. Ehrenfried Behenauer/
GYMNAS. BUDISS. Sub-Rect.

BUDISSÆ, LITTERIS RICHTERIANIS.



QVAM & superioribus Saeculis & nostra memoria praestantes in
omni fere literarum genere Viri officianter subinde egerint, ob-
servatum jam fuit à plurimis. Certe vix condonanda muletum
~~arragepudia~~ in historia saltem literaria congeserunt Boisneau in
Colloquio Critico de Spah-natis Virorum in re literaria illustrium. Marville, sive
Abbas potius de Garence, dans ses *Mélanges d'histoire & de Littérature Vol. II.*
pag. 205. seqq. Reimannus in *Introduct. in Hist. literar.* P. I. p. 133. seqq. Mol-
lerus in *Homonymoscopii L. I. c. 5.* Struvius in *Introduct. in notit. rei literariae*
c. 1. §. IV. pag. 5. Auctor Ephemericid. quarum titulus: *Bericht von neuen Bi-
chern P. VII. pag. 666.* atque nor. (gg) quique paria fere hinc inde non infase-
te tradidit excellensissimus Menckenius de *Charlataneria Eruditior.* nec non
in notis editionis *Amstelodamensis.* pag. 63. Qui eruditissimi Viri, sicuti in ju-
cundo sati argumento mihi veriari videntur: ita ad similes nunc ineundas
rationes, de *ridiculis quorundam erroribus Geographicis* eos mihi pra-
ebuisse anfam, non diffiteor. Equidem non ignoro, jam olim
de *exteriorum erratis Geographicis* quod Schediasma minatus sit
CHRISTIANVS GRYPHIVS. Vir ad praefantissimas quascunque artes a
natura factus, sed morte, quod dolemus, praeventus, fidem, quam dederat,
liberare non potuit. Neque suis stare promissis adhuc licuit Summe Reve-
rendo *Læscherio*, quae de edendis *Arcanis literariis*, dato jam aliquo Anno
1700. 4. specimine, fecerat. In his enim utri de omnibus Disciplinarum er-
roribus acturus erat: ita dubium non est, quin etiam *Geographiae*, si per
occupationes ipsi liceret, rationem sit habiturus. Nos quidem in praesent a
tantorum Virorum partes explorare non possumus; nihil tamen secus quantum & pro
instituti ratione & chartae angustius nobis integrum esse censemus. Veter-
um vero plerosque graviter esse allucinatos, in aprico est, quamvis longum
nimis fore singula liberius exponere, in quibus a primo inde *Geographo*,
sive is *Homerus* (si quis fuit a) sive *Anaximander*, sive *Scyllax*, quem *David
Hæschelius* in lucem protulit, notisque illustravit *Isaac. Vossius*, sive alius
quis censendus est, fuit peccatum. Ipse *Strabo*, dimidium fere Orbis ter-
rarum emensus, quam non sepe turpiter se dedit? Quam frequenter *Mela*
Ptolomeus, *Plinius*, *Virgilius*, *Curtius*, *Florus* pueriliter hinc inde impe-
ge-
runt? Inde enim factum est, ut non illi modo, qui hos sunt interpretati au-
tores eosque recensuerunt crebriores posuerint obelos, sed sigillatim etiam
Observar. Halenses I. IV. *Observ.* XV. pag. 326. Bodinus *Method. hist.*
p. 128. 143. Clericus *Art. Critic.* P. I. c. 1. §. 1. nec non in *Bibliothèque Choisie*
I. VI. pag. 291. seqq. Baylius *Diction.* I. III. p. 279. Vossius de *Historicis Grac-
cis*. Lipius ad *Vellej. Patrcul.* L. II. c. 70. §. 3. & longe adhuc plures virgula sua
censoria eosdem notaverint. Et profecto dandum erat aliquid horū oscitationi,
qui

- a) *Celeberrima est controversia, qua aliquo abhinc tempore inter Galliae eruditos de Ho-
meri auctoritate atque excellentia mota fuit; in qua signa veluti praetulerit Dacia &
Poëtarum Clarissimus Houard. de la Mothe. Hic enim cum Homerum pluris fieri vide-
ret, quam fas esse credebat. L'liade, Poème avec un discours sur Homère à Paris. 1714.
g. edebat. Quod ipsum vero eruditissima foemina Dacia adeo indigne ferebat ut les
Causes de la Corruption du Gout eodem anno ipsi opponeret, in quo libro mordacissimo
eum stilo lacerabat, facetusque perfringebat asperioribus. Signo vero semel dato
plures ad utramque partem accedebant. Tandem post innumera fere scripta prodire:
Conjectures Académiques sur L'liade in quo libro auctor (dicitur vero is elle Abbas
d'Aubignac, qui jam olim la Pratique du Théâtre conscripsit, & tantam ab eruditis hoc
scripto gratiam iniit, ut multum debeant Amstelodamens. bibliopolae Bernhardo, quod
non ita pridem hoc opus raro hucusq; obvium recudi fecerit,) non proletariis sane argu-
mentis nullum unquam extitisse Homerum evincere nifus est; Omne ipsum opus Rha-
pfodium ex variis olim auctoribus consarcinatum, nullibi invicem cohaerentem esse de-
monstrans.*

quibus non omnibus adeo licebat esse felicibus, ut Polybio, qui prius maxime quam admovebat sua historiae, Africae, Hispaniae Galliaeque fines perlustrabat, ut antiquorum possit mederi erratis; neque tot orbis terrarum partes, quae olim Diodorus Siculus, qui ne cum vulgo Scriptorum peccaret, per multas admodum Afiae & Europæ regiones iter fecisse prohibetur. Praeterea praesidiis fere omnibus erant destituti, carebant instrumentis, neque libri ipsi ad manus erant neque Geographorum tabulae. Fuerunt enim vendent, ludosque præbent solemnes, qui jam Iouae aetate ejusdem di mappas innocentem scimiant, deridendi non minus, quam qui diabolum quodam Matth. IV. cum Christo Servatori regna mundi de monte Libano ostenderet, tabulam explicasse Geographicam fatis incepit opinantur. b) Certe Mosis jam aetate has, quas diximus tabellas, extitisse, eruditissimus Levin. Jo. Schlichtius in sua diatribâ de tabulis Geographicis antiquioribus recte dubitat, Gundlingius in Hist. Philosophiae moralis pag. 70. non sine argumentorum pondere negat; cuius sententiam tandem, quae in Textu Ebraeo habentur voces קְרָב & בְּפַת plane confirmant, cum si fecerit verbum קְרָב nomenque קְרָב legeretur. Novi quidem quod suprajam dictus Anaximander Thales discipulus, qui An. 2. Olymp. LXXXI, obiit, sua jam aetate has tabellas invenisse dicatur, admiratores nactus Hecataeum, Democritum, Eudoxum, aliasque longe plures, qui laudum ipsius aemuli, veluti quadam contentione eum fecuti feruntur. Neque ego temere hoc negaverim. Habebant omnino & veteres suos πίνακας (quoniam Xylander & Maufuscus apud Stephanum Byzantium in Αἰών & Αἰδονεια per πίνακας & πινακογράφου male tabulas Geographicas earumque sculptores intelligent ab Holstenio & Abrah. Berckelio recte ideo in notis ad ea loca notati) sed quales isti fuerint, quam rudes, quamque imperfecti, non tam Geographici quam Chorographici, nullo clariore indicio constat, quam reliquiis Tabulae Peutingerianae. c) Saltem suo jam aevō res Geographicas arduas fuisse & difficiles, gravissimo non iudicio modo exposit, sed egregio etiam expertus est conatus Cicero L II. ad Attic. Epist. W. Ita enim ille: De Geographiâ dabo operam, ut Tibi satias faciam, sed nihil certi pollicor, magnum Opus est. Et ubi rem erat aggressus Epist. IV. Quid Tibi superioribus literis, inquit, promiseram, fore ut opus extaret hujus peregrinationis, nihil jam magnopere confirmo; Etenim γεωγραφικά, quae constitueram, magnum opus est. Quae omnia haec tenus dicta, quod si rite nobiscum reputamus, venia omnino dignissimum esse arbitramur, quicquid etiam de veterum naevis Geographicis dici unquam poterat. Sed quid de barbaris istis obscurisque saeculis dicendum? Haec sicuti in sordibus plane & profunda ignorantia cubabant: ita

¶

b) Convenient non male huic Matthei loco, quae de Severo tradit. Xiphilinus pag. 255. Καὶ ἀλλοτε εἰπόθει περιουσινέπινος καὶ καθορῶν αὐτὸν τοῖν ψηφαῖς μὲν τοῖν χρυσαῖς εὖ δὲ τοῖν Θαλασσαῖς. Hoc modo observato, quod per somnium haec Severo accidisse narrantur.

c) Est hac tabula Peutingeriana, f. Tabula itineraria Consulatu XV. imperii Theodosii majoris primum concinnata (vid. Velséri opera pag. 831. & 791.) quae auspiciis Marc. Velséri & Conradi Peutingeri, Patricii Augustani Bibliothecæ segmentis octonis in lucem edita est Venet. 1599. 4a Novissime inter Velséri opera iterum lucem aspergit in fol. Novam editionem cum Nicolai Berigeri libro de viis magnis Roman. pollicitus est Claudio Nicasius in diff. de Numo Pantheon Hadriani Imperat. Quo rebus humanis exempto Latinus in novam editionem molitus est, vid. omnino Viri πολυμαθεστάτου, Fabricii Bibliothec Latin, in Indice.

bacchanalia quasi celebrantes homines ludosque, divinarum pariter humana-
narumque rerum expertes erant, id quod dudum innumeris fere exemplis
ivit probatum, *Wagenscilius*, *Couringius*, *Ludovicus Vives*, *Hisscherus*, *Job.*
Clauderus; *J. Frid. Krebsius*, & quos adducere longa mora esset, alii. Sal-
tem hoc dissimulare non possum, quod, sicuti medi potissimum ævi Geo-
graphia, quæ partem ejus priorem, per barbararum gentium irruptiones,
non valde modo fuit interpellata, sed plane propemodum tradi desuit, qvam
vis supra adductus Nobilissimus *Schlichtius* l.c. id audeat negare ad solum
Geographum Ravennatem saeculi VII. Scriptorem provocans,
qvippe qvi adhuc alios saeculi barbari Geographos adducit) ita supina eriam haec hominum ignorantia eandem quoque, qva par-
tem ipsius posteriorem adeo obscuraverit, ut ea adhuc veluti extorris, patria
sede pulsâ, exularet, nisi *παντος Cellarius*, qvi solus huic perficiendo operi suf-
ficiebat ad pleniorum Geographiae mediae descriptionem adjecisset animum.
Qyanqvam enim, quod dolemus, praecipuo Orbis literarii
damno, is huic labori Anno 1707 sit immortuus, pauca admodum hujus ar-
gumentum in Schedis affecta relinqvens; laudabili tamen ejus instituto ex-
citatus Junckerns, qvam iste orfus erat tel: m in *Introduzione ad Geographi-
am medii ævi, Germanice 1712. in 4. edita auspicio pertexere coepit. Qvæ
obscuri temporis ratio cum ejusmodi fuerit, ecqvis illorum hominum nae-
vos sine taedio gravique animi indignatione posset conuiri? Mittimus
itaque eos, id unice mirati, in ipsa etiam luce adeo multos ad solis qvafsi ra-
dios caecutientes impiegisse. Post amoenissimam literarem παντος Cellay
ipse bonarum artium assertor olim & vindex, siqvis alias, longe acerrimus,
Erasmus Roterodamus adeo αγωγάρης qvidem initio fuit, ut Clerico te-
ste in *Art. Crit. P. I.C. I.p. 35.* ne elementaqvidem Geographiae tenuerit.
Qvam insignis enim αθετιus argumentum est, qvando in *notis ad Hieronym.*
Epiſtolas Mitylenem Les bi infulae urbem cum Melita Jnsula confundit, quem
ipsum errorem, qvancum bis ad eundem lapidem impingere turpe sit,
ridiculo plane ausu ad *Abt. C.IVIII.* non recoxit modo, sed alios insuper ad-
huc fere graviores adjectit. Sentiebat etiam Erasmus suam hac in disciplina
inscitiam, qvare ingravescente jam aetate strenue eidem operatus, tabulas
Geographicas diurna juxta nocturnaque manu versabat, teste Vallemento
dans ses elemens de l' histoire edit Paris. p. 142. Quid de Heideggero,
Historiae Patriarcharum auctore, Viro cerera doctissimo, dicam? Hic
de uxoris Lothi μεταποδοτη agens, Uticam non Sidone procul esse remo-
tam puerili fatis errore affirmat. Hinc mulierem eam in salem fossilem fu-
isse converiam, qualis circa Uticam fuisse dicitur non procul, ut ipsius fere-
bat opinio, Sidone, adeoque Palaeftina perperam fatis credidit. Qvam
Vitenbergenium Theologus Jo. Andreas Qvenstedius e Longobardia
ad Ægyptios, e Francia ad Graecos praecipiiti fatis Saltu se abripi saepe
passus sit vid. *Baillet dans ses jugemens des Savans T. II. p. 25.* Ipse Salmasius
magnum illud naturae experimentum, quod in eo qvid efficere posset vi-
debatur experta, Geographiae recentioris faris peritus fuisse vix potuit.
Cum enim aliquando eruditissimus Weizius, Rectoris muneri ornando qvi
Gothae praeerat, ad ipsum dare literas, querit ex Grotio, qui forte coram
erat, sitne pagus an oppidum Gothæ? & ubinam locorum sita? vid ipsius
vitam ap. *Clarmund. p. 123.* Fere uti de Praefecto Caesareo de Thingen fa-
ma est, etum vocabulum *RAPTUM*, quod velut *ταχυγεαφιας* nota literis ad-
di solet subscribique, per omnes ferme Geographorum libellos quæ sive illi-
cu-*

ejus inventi spes cum ipsum frustrasset, qvemvis fere obvium interrogasse: Scirene ubi urbs RAPTUM esset sita? Qvam praeterea male secum habitas oportuit Gallum illum, qvi latinas literas Bongarsius ~~atque~~ redens, Altorium, Viri nomen esse credidit, suo stilo Mr. Altorff interpretatus id quod non ita prideret etiam observavit Excell. Baierus Med. Prof. Primarius Altorii, in der Wahrhaftigen und Gründl. Beschreibung der Nürnenbergischen Universität Altorff Anno 1714. 4. p. 1. Qui ne solus innuptat nubesque cum pueris spargat, jungendus ipfi est Civis Mr. Dsnoue utpote qui Antliae pneumaticae auctorem Mr. Magdebourg appellavit, qui Consul tantum Magdeburgi fuit Otto Guericke dictus vid. Acta Eruditorem 1707. p. 416. Neque minus insulfus est error, quem Ludovicus Jacobi Traité des Bibliothèques p. 200. committit. Verba enim Adami invita Brentii; Sequenti die venit Halam quidam Hispaniensis Episcopus, ita interpretatur: un eueque nomine Halam, urbem Halam Episcopum Hispaniae esse perfusus. Quam enormiter praeterea paulo post p. 203 impingit; dans la mesme province de Franconie, inquiens ou France Orientale & la ville de Mont - Real, vulgairement appellee Röngsperg, & en Latin Mons. Regius, dans laquelle a prins naissance ce fameux Mathemaciens Jean Muller surnomme Regiomontanus. Quas nugas si non superat, ac certe proximus eas accedit Ferus apud Serenissimum Galliae Delphinum quondam Geographus. De hoc enim uti eruditissimus Langler du Fresnoy dans sa Méthode pour étudier l'Historie p. 8. edit. Lipsiensis, 1714. 8. quam debemus exquisite docto Menckenio, cui ipse auctor dans les Mémoires de Trevoux pro narrata opera persolvit gratias non praeter rem jucundat: l'on doit se précautionner contre celles dixerat paulo ante de Tabulis Geographicis de Mrs. du Fer & Nollin: ita adeo quidem sui immemor fuit, ut Boecotum incrassojurares aere natum. Cum enim a Witsenio in Tartaria Loca ferta animadverteret notata, statim talpa caecior nomen quoddam proprium esse credens, Les deserts de Loques reddidit. vid. Observ. Hal. T. IV. Obj. XV. Mireris etiam in Bibliotheca Thuanii p. 309. Pertruchii Chronicon Portense von der Schul-Pforte an der Saale pro commentario describente Port in regno Neapolitano haberi, de quo sphalmate vid. etiam Mayeri Biblioth. Bibliothe. p. 16. Accedit ad hos etiam Ludovicus Morerus, qui Arolae in Helvetia fluvio ortum suum ad Rhodani & Padi fontes adsignavit, cum vel Ippis notum sit tonsoribusque Padum & Rhodanum L. miliaribus Gallicis in vicem sejungi. Neque minori dignus esse censura mihi viderur, quando Ducatum Wurtenbergicum cum Vitemberga Academia in Saxonia confundit v. La Bibl. Universelle T. IV. p. 71. Praetereundus etiam nobis hic non est Alain Manesson Mallet, qui dans la Description de L'univers. vol. Paris. 683. non Gorlicium modo Academiam, & Ducem Luneburgensem Administratorem Magdeburgicum constituit, sed comites etiam Ruthenos ad Megapolitanum tractum rejecit, quod sphalma ejusmodi est, ut supra citatus Langler, du Frene non adeo inique de eo judicasse videatur dans sa Catalogue des Principaux Historiens p. 23. inquiens: C'est un Livre assez mal construit; ce ne sont presque que des extraits de Daviti & de pareils Auteurs. Les planches sont ce qu'il y a de plus remarquables; néanmoins il est assez cher & peu commun. Quam crassi tandem sunt errores Gideonis Pontieri, qui Erfurtum unum in Thuringia Electori Saxoniae attribuit, Archiepiscopo Moguntino alterum Obj. Hal. l. c. Laude sua praeterea defraudandus non est Galorum eruditissimus de la Croix, sed in descriptione Germaniae aliisque, delineant-

lineandis regnis quam non eaecutit, quam non hallucinatur! Quanquam enim *La Geographie Universelle*, quam 1693. 12. typis exscribendam curavit, communis quali eruditorum suffragatione applausuque fuerit excepta, ut multum adhuc debeamus Dizelio *vñ ē γιοις*, qui Ao. 1697. eandem et lingua Gallica in Vernaculam nostram transfluit: Satis tamen profecto causae habet, cur errato veniam petat, quando p. 215. duos esse Archi ducatus in Germania docet, Archi-ducatum Austriae & Archi-ducatum Oenipontis. Quam praetererea inepre Belgium ex octo Provinciis constare dicit, quarum delegatos Status Generales Hollandiae appellat. Septem enim provincias numerari, totidemque sagittis, quas Leo anteriore dextro pede complectitur insignia Ordin. General. repraesentari, nemo ignorat, Status Generales poro non Hollandiae sed foederatarum Provinciarum erant dicendi. Nec facile, quid sibi velit assequor, quando p. 130. inter Germanias Academias *Ehlinz, Neuflad, Lavingen, Meissen*, recenset, quae certe omnes nobis ignorantur. Discat hic Buhurius, qui in *Dialogo 1671. sub fictis Aristaci Et Eugenii nominibus edito*, *Dial IV. p. 223.* Solos Gallos sapere affirmavit, reliquos vero, inque his Germanos potissimum ad Marram quasi et Stiriam abjecit, notatus ob id non a Cive modo suo, qui Cleanthis nomen sibi sumvit, sed ab eruditissimo etiam Viro, Joh. Fried. Kramerio, quondam Boruss. Regi a Confiliis, nuper vero Hagae Comitum vitâ functo in *Vindiciis Nominis Germanicicontra quosdam obrectatores Gallos*; Discat, inquam, cum asseclis suis *Bailleto, Peronio & Peralto*, si errare humanum est, vel a Gallis quoque nihil humani alienum esse. Num enim majori *ā 32. via*, nostrates jure insinulabunt Galli? Sed redeamus e diverticulo in viam Anno 1715. *Novellae literariae per singulas septimanas in Batavia edi cooptae sunt*, quas postea Lipsienses, praecepit eruditorum commido excepunt. Illarum autorem Henricum du Sauzet esse, fama est, quanquam Joh. Frid. Bernhardus, eruditissimus Bibliopolia Amstelodamensis intra hoc velum latere dicatur. e) Quisquis vero tandem verus earum auctor sit, Geographiae tamen praeceps tenuiter fatus imbutus esse mihi videtur. Quis enim Genevam in Italia, quis Holmiam in Germaniâ, nisi per somnium quaefivit? Quis denique Româ iter facturo Florentiam, viam patere per Neapolim facile sibi perfaveri patietur? id quod tamen illic audacter adseritur. Addo tandem errantium horum multitudini Joh. Königium Jesuitam, Professoremque Mathematum in Academia Friburgensi, quae in Brisgovia est sita. Hic enim in institutione Geographica Elementari s. modo Methodoque intelligendi Mappas urbes Lipliam & Vitembergam tanto invicem intervallo se junxit, ut ultra c. milliaria altera ab altera distet. Nec est cur homines in ipsa aularum luce enutritos ab his naevis immunes esse credas. Ecquem enim Magnae Britanniae Regis legatus fugit, qui cum Clemens VI. Pontifex Insulas fortunatas Ludovicō Comiti Clari Montis, Alphonsi dela Cerdâ filio dono daret, indignabundus Roma abiit, Regi suo periculum nuntiaturus, quod ex horum Insularum donatione, quas britannicas credebat, ipsis imminere posse suspicatur; quo ipso tamen non nisi ludibrio se exponebat v. Obs. Hall. Ic. Præcipue vero hic sicco praetererundum pede non est, quod in Andreae Chrysostomi Za-

d) Itae quoque Novellae Francofurti ad Moenum in Vernaculam nostram translate sunt, opera, ut fama est, Joh. Michaelis Geiffii, qui Ecclesiastes ibidem Gallicus est; sed adeo Clarus interpres non fuit, quia omissis notatu dignissimis, ea soope adjectit, quibus eruditus Lector sine ullo damno facile possit carere.

Zalusckii , Primò Kijovienfis , postea Plovensis , tandem Varmiensis Episcopi Epistolis Historico-familiariis (qui pretiosus satis elegantissimusque Liber in nostra quoque Bibliotheca Budissina, quae indies , per innumera fere incrementa, ad elegantissimae suppellectilis librariae laudem affurgit adseratur) T. I. p. 512. legisse memini. Illustris enim Auctor Legati quondam munere in Lusitania functus , de status Secretario regni ejusdem, adeo Europae suaer rudem eundem fuisse commemorat, ut an in rerum natura Polonia foret nesciret. Epistolam enim ad ipsum scribens literarumque, quibus publica illi fides facta erat, quasque Credentialles vocant, copiam sibi expertens, Poloniae substituit Coloniam , ejus eum Legatum nominans. Viis vero illis literis, cum subscriptione, quod tempore interregni moris esse solet. Principis Czartoriski , Archi-Episcopi Gnesensis Oratorem publicum adpellat. In his vero nimiae protectio inscitiae argumentis hoc postremum non fuit. Novellas ei de Polonia transmisit, sibi certe constare, de suo addens, Poloniā a Tarraris obsidione (urbem enim esse credebat) cinctam esse. Ceterum vero ex Anglia Legato soepe, teste Zalusckio, percontatus dicitur: Londinumne Angliā an Anglia Londino contineretur. Sed manū de Tabula, praeter omnē spēm intra manus materiae seges adeo excrevit, ut verendum omnino nobis sit, ne Lectori aedio sit furorum, quod si fusiū adhuc perseguī haec velimus. Missis itaque reliquis omnibus ad Juvenes de Heroinis Logatis, non minus, quod speramus, jucundo argomento literario Verba facturos, animū calamumque nostrum advertimus. Evidēn Non Historiam isti foeminarum literis insignium tradent, quippe quod dudum occupatū esse norunt a viris elegantissimis Boccacio, Capacio, Hilarione a Costa, Francisco Aug. ab Ecclesia, Foresto, Jac. Thomaio, Eberto, Menagio, Janicero Meuchierio, Moya, Paschio, Sauerbreyo, Schulzio, Baldhofeno, Esbergio, Weppelingio, Oleario aliisque adhuc pluribus sed in solemani faltem Virorum Panegyri aduersus obrectatores quosdam eas tueri allaborantes, hoc & ordine & argomento dicent: e)

Johann Gottfried Prinz/ Budissinus, Commilitonibus suis audentiam exoraturus, Henrici Cornelii Agrippae sententiam simul examinabit, qua P. II. Operum p. 518, mulieres omnium artium liberalium omnisque Virtutis inventrices extitise arbitratur.

Augustus Fridericus Nicolai, Lub. Fœminas in Rempubli-
cam literariam esse adscriendas, contra Obrectatores quos-
dam præcipue BALSACIVM, Oratione Latina tuebitur.

Andreas Gottlob Schneider / Scenst. Misn. Ingenium Sexui se-
quiori judiciumve, aduersus Huartum, Hispanum & Buhursi-
um Gallum vindicabit, Oratione Graece conscripta.

Valerius

e) Ludovici enim Jacobi a S. Carolo tractatum, de hoc argomento Latino sermone elaboratum in ejus Museo se videlicet Brantomius, lucem tamen adspexisse nunquam duo Clariss. Viri Aegidius Menagius & Adrianus Baelius testantur. Boxhornii item non dissimile opus pari fato occubuit, inter aliosq; a referendum id quod idem Baelius nos docuit.

Valerius Trau. Gott Hauffdorff/Bernstad. Luf. Foeminarum pulchritudinem formaeque elegantiam ad Studia tractanda non eas facere inhabiles, contra quosdam apud Franciscum de Grenaille in Tractatu cui Titulum fecit: Le bon Esprit. L. II. c. 2. disputabit Oratione Germanica.


Joh. Hobian Meschvitz. Lusat. Eruditionem mulieres non facere libidinosas, adversus Euripidem, Juvenalem & qui hos sectus est, Muretum L. 8. Var. Lect. CXXI. inscriptione latina evincere conabitur.

Christian Gottlob Behrnauer ForstaLusat. Foeminas eruditas non esse haeretum inventrices contra Anonymum Gallum auctoremque Epistole cuius titulus: Lettre a une Dame de Qualite, ou Pon examine jusqu' à quel point il est permis aux Dames de raisonner sur les matieres de Religion à Paris 1715. 12. Oratione Germanica ostendit.

Joh. Friedrich Lange Lubena Siles. ad Poësin non esse ineptas mulieres adversus quosdam carundem ofores docebit Carmine Graeco elegiaco.

Joh. Zwar Budisf. Luf. Carmine latino Trochaico Octonario decantissimas Auditoribus persolvet gratias.

Cui itaque acroasi ut frequentes interesse velint, Patroni nostri indulgentissimi, Musarum Fautores ceterique, qui bene nobis cupiunt, singulari illorum favore subnixi summa nunc animi religione contendimus.



Vspis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-813537-p0008-4

no.

B.M.
No
39

Q. B. F. Q. E.
HEROINAS
TOGATAS

S.

MULIERES ERVDITIONE
CLARAS

VIDAM SPEI INDOLISQE OPTIMAE
ORATIONIBUS PUBLICIS

IN

MNASII BUDISSINENSIS AUDITORIO

PRID. KAL. JUL.

A. O. R. ob 1ccxvii.

ANTE MERIDIEM IX. HABENDIS
IDAM OBRECTATIONIBUS VIN-
DICARE CONABUNTUR,

QVOS BENIVOLE AUDIENDOS
OS GYMNASII NOSTRI NU-
GARUM PATRONOS, CETEROSQE O-

OT QVOT LITERARUM DELICIIS
CAPIUNTUR

ENTISSIMA HAC INVITATIONE
COMPELLAT

HANCQE SIMUL

DE

SQUORUNDAM ERRORI-
IS GEOGRAPHICIS

TABELLAM PRAEMITTIT

Georg. Ehrenfried Behrnauer /

GYMNAS. BUDISS. Sub-Rect.

SSÆ, LITTERIS RICHTERIANIS.



Farbkarte #13

